Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



frumentum inspica; Herbam quippe producere est inchoatio
nis bone ad huc tenentudinem habere; Ad spicam vero
herba peruenit. Cum se uirtus animo concepta ad productum
boni operis pertrahit, plenum vero frumentum inspica fruc
tificat. Quando iam tantum uirtus proficit ut esse robus
ta et perfecta operis possit; Sed cum se produxerit fruc
tus statim mittit falcem. quoniam adest tempus messis;
Omnipotens enim deus productum fructum falcem mittit et messem
suam desiccat. Qui cum unumquemque ad opera perfecta produxe
rit. ei temporalem uitam permissam sententia incidit
ut granum suum ad caelestia horrea producat; Cum igitur
desideria bona concipimus semen in terra mittimus; Cum
operari recte incipimus herba sumus. Cum autem ad productum
boni operis crescimus ad spicam peruenimus. Cumque in eidem ope
rationis perfectione solidamus. Iam plenum fructum inspica pro
ferimus; Herba et enim petrus fuerat. qui passionis tempo
re per timorem dominum sequens hunc confiteri ante ancille
uocem timebat; Erat enim iam uiriditas in mente. quia
credebat omnium redemptorem. sed ualde ad huc flexi
bilis pede conculcabatur timoris; Iam inspica surrexerat.
quando eum quem moriturum confiteri timuerat nunquam
de angelo ingredilem uiuentem uidebat;